



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Papa, nullo Imperatoris expectato consensu, eligi potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- testamentum inde factum, & jurejurando ab Optimatibus Francorum confirmatum, & Leoni Papæ missum, ut sua manu subscriberet, & denique corroborantur præmissa vetustissimis Annalibus Francorum, in quibus habetur: hæc omnia litteris mandata sunt, & Leoni Papæ, ut ipse sua manu subscriberet, per Eginathum missa quibus Pontifex lectis, & assensum præbuit, & propria manu subscripsit, ut tradit Bellarm: *ibi, de translat: Imper: Rom: ad Franc: cap: 5, vers: principio Carolus, lib: 1, & Baron: eod: tom: 9, annal: 806, §, Hæc autem.*
- 29 Leone mortuo, Stephanus Papa hujus nominis Quartus successor in Franciam se contulit, & ab eodem Ludovico honorificè receptus fuit, ut per Platin: *in vita ejusdem Stephani cap: 98, & Baron: d: nu: 9, annal: 816, §, auctor incertus, & ipse Romis in eodem Franciæ Regno de anno 815. eundem Ludovicum in Imperatorem coronavit, ut testatur idem Otho Feisingensis dicit: lib: 5, cap: 33, & Baro: loco proxime citato, §, postea Pontifex. Deinde cum Romam redisset, & mense septimo sui Pontificatus diem obiisset, ad summi Apostolatus apicem Pasquali assumpto, Ludovicus ipse Imperator eidem Pasquali Summo Pontif. & successoribus*
- 30 in perpetuum, ut nullo Imperatoris, † aut aliorum expectato consensu, Papa eligi posset, & reliqua, sicut à prædecessoribus suis hæctenus in eorum potestate ditione tenuerant, & disposuerant, cuncta confirmavit, ut dicto cap. Ego Ludovicus sexagesima tertia distinct: Card. Alban. *in tractat. de potestat. Papa par: 2, numer: 215, tom: 13. & Baron: annal: 817, §, & quando eodem tomo 9, cui Lotharius*
- primogenitus Imperator ab eo nominatus in Imperium successit, quem idem Pasqualis Romæ coronavit, ut testatur idem Otho dicit: *lib: 5, cap: 34, & Baron: annal: 823, in princip: qui post annos quatuordecim, quibus rexit Imperium, Ludovicum secundum ejus primogenitum ad Imperium nominavit, & ipse ad vitam monasticam se contulit.*
- 31 Ludovicus à Sergio Papa † hujus nominis secundo, anno 844, fuit coronatus, ut testatur Ado. Viennens: *in chronico. 6, etat. Bellarm: in translat: Imper: Rom: lib: 2, cap: 1. & Baro: annal: 844, §, Dominico verò, tom. 10, cui vita sancto Carolus Calvus Francorum Rex dicti Ludovici patruus, & Lotharii frater in Imperio successit, & à Joanne Papa VIII. anno 874. Romæ coronatus fuit, ut per Rheginon. lib. 2. chronico. & Baro. eodem tom. annal. 875, §, quo inde, qui biennio tantum rexit Imperium, & eidem successit Ludovicus filius cognominatus Balbus, quia loquendo balbutiebat. primogenitus dicti Ludovici II. & nepos Caroli, qui postea ab eodem Joanne Papa VIII. in Franciam de anno 878. Imperator coronatus fuit, ut post Aymon. & Oauphr. in addit. ad Plat. in vita ejusdem Pontificis testatur Baron. eod. tom. 10, annal. 878, §, qui summatus, & decessit anno sequenti eidem superstitibus Ludovico, Carolo Magno filius, ac Carolo simplici posthumo, ut per eundem Baron. annal. 879. in princip. qui Ludovico Secundo Imperatori patri in Regno Franciæ successerunt, ex quibus Carolus simplex à Fulcone Rheimensi Archiep. in Regem Francorum de anno 892. inunctus fuit, rejecto Othone Comite Parisiensi, qui Regis titulum Ty-*

santus